

ANNO 1752

DAMNATIO

Et Prohibitio Libri duobus tomis constantis, Gallico idiomate, absque Auctoris nomine, & impressionis loco, in lucem editi, cui Titulus: Apologie de tous les Jugemens rendus par les Tribunaux seculiers en France contre le schisme; dans la quelle on etablit. 1. L'injustice, & l'irregularite des refus de Sacramens, de Sepulture, & des autres peines, qu'on prononce contre ceux, qui ne sont pas soumis a la Constitution Unigenitus. 2. La competence des Juges pour s'opposer a tous ces actes de schisme, Tom. I. & II. En France MDCCCLII.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

MILITANTIS Ecclesie regimini superna dispositione presidentes, Domini Gregis custodiae jugiter invigilare, ac Oves Eterni Pastoris sanguine redemptas a perniciosorum doctrinarum venenis, quantum Nobis ex alto conceditur, preservare tenemur. Quapropter cum, sicut Nobis innouit, in lucem prodierit quidam perniciosus Liber duobus tomis constantis Gallico idiomate absque auctoris nomine, & impressionis loco, cui Titulus: Apologie de tous les Jugemens rendus par les Tribunaux seculiers en France, contra le schisme, dans la quelle on etablit. 1. L'injustice, & l'irregularite des refus de Sacramens, de Sepulture, & des autres peines, qu'on prononce contre ceux, qui ne sont pas soumis a la Constitution Unigenitus. 2. La competence des Juges laics pour s'opposer a tous ces actes de schisme. Tom. I. & II. En France MDCCCLII.

Censura & damnatio libri.

Imprimenda, tenentes legentes hujusmodi librum excommunicantur.

Publicatio- nas preceptum, ejusque effectus.

tra illud ubique locorum haberi, quae haberetur ipsis Pont. praesentibus, si exhibitae forent, vel ostensa. Datum A. XIII. Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Dat. 22. Nov. Piscatoris die xx. Novembris MDCCCLII. Pontificatus 1752. Nostri Anno Decimotertio.

D. Card. Passioneus.

Publicat. eodem die, mense, & anno

CONFIRMANTUR

VIII.

Et declarantur Constitutiones Praedecessorum Romanorum Pontificum super vetita armorum delatione, retentione, & venditione.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

SECURITATEM, atque tranquillitatem Populorum & Personarum Apostolicae Sedi in temporalibus subiectarum tueri asserere volentes Praedecessores Nostri Romani Pontifices, non modo severissimas leges adversus homicidia, & cujuscumque generis vim ediderunt, verum etiam ad ea submovenda, quae hujusmodi delictis facile perpetranda occasione & commoditate perhibere possent, omnium armorum ad necem clam & dolose inferendam aptorum delationem, retentionem, & venditionem, gravissimarum poenarum interminatione vetuerunt; quemadmodum ex providis felicis recordationis Pii Papae IV. Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo primo, nonis Martii, & Sancti Pii V. pridie Idus Februarii illius Pontificatus Anno septimo, editis Constitutionibus, patet.

§. 1. Quorum vitigiis inhærens recolenda memoria Praedecessor quoque Noster Alexander Papa VIII. per suam Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo, Idibus Augusti, editam Constitutionem, quae incipit *Esti cunctis*, praedictorum ante se Pontificum Leges atque Sanctiones confirmans & innovans, decrevit & sanxit, nemini cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & praesentiae, etiam speciali mentione seu nota digno, liceat in Alma Urbe, ejusque Districtu, & in toto Statu Ecclesiastico tunc sibi & dictae Sedi tam immediate quam mediate subiecto, comprehensis etiam quatuor Legationibus, ac Civitatibus Bononiensis, Ferrariensis, Beneventanae, aliisque Civitatibus, Terris & Locis, etiam specialem & individuum expressionem, & nominationem requirentibus, ejusmodi arma in praemissa Constitutionibus expresse vetita, & alia quaecumque brevioris mensurae trium Palmorum, illius mensurae, quae vulgariter denominatur *Canna Romana* ad usum Mercatoris, sub poenis laesae Majestatis, & rebellionis irremissibiliter exequendis, exceptis dumtaxat cultellis aptis ad incidendum panem, qui tamen majoris longitudinis unius palmi esse possent, & sine cuspide, & ut vulgo dicitur, *spuntati* esse deberent; nec non aliis instrumentis ad usum propriae artis, quamvisque exercet, necessariis & in aⁿu exercitii ejusque artis, & non alias deferre, seu domi, aut in Apothecis, vel aⁿli retinere, sine in ipsum Statum Ecclesiasticum introducere, fabricare, vendere, permutare, aut aliud contractus genus super ipsis iniire.

§. 2. Cumque sub his hujusmodi, ac praecedentium Constitutionum censura, tam Clericos, quam alias omnes & singulas personas Ecclesiasticas etiam quomodolibet exemptas, Seculares, & cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti, etiam de necessitate specialiter exprimentis, nec non Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, Regulares, vel alias immunitate personali quomodolibet gaudentes, comprehendi voluisset, & contra transgressores, si qui etiam ex his reperti fuissent, per Ordinarios Locorum, aliisque competentes Judices, ad majorem poenam, quam Tribunal Ecclesiasticum pro quocumque graviore, & atroci

Censura generat. area in publicae securitatis castra comparata.

Proscripta sunt a Praedecessoribus Pontificibus & praesentibus Pii V. & Pii VI. Horum Sanctiones innovavit Alexander VIII. & veritatum armorum genera ex parte distincta.

Ecclesiasticis omnibus, aliisque exemptis, ipsidem legibus tenentur declaravit.

PONT. atroci delicto imponere soleant, & vaieat, irremissibiliter procedi mandasset. A. XIII. §. 3. Hoc insuper decrevit, & declaravit, ut ad eximios transgressores a poenis praefatis minime suffragari allegare, quod non constaret de dolo, vel mala eorumdem contravenientium qualitate; nec etiam ad hujusmodi effectum ulle Familiaritates, Litterae patentes, & Licentiae, concessae, aut concedendae, seu Privilegia cujuslibet Congregationis, Tribunalis, aut Militariae, seu Judicii, Officialium Militarium, & Ministeriorum; etiam Justitiae, aut Ministerii Cameralis, Almaz Domus Laetanae, & cujuscumque Ordinis Militaris, Congregationis, Societatis, & Instituti, aut quarumvis, Personarum quacumque Ecclesiasticae, seu mundanae dignitate fulgentium quidquam profissent, aut relaterent; prout latius atque distinctius in praefatis ejusdem Alexandri Praedecessoris Litteris continetur.

§. 4. Pari justitiae zelo, & publicae quietis studio incensus sanctae memoriae immediatus Praedecessor Noster Clemens Papa XII. per suam anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo trigesimo quarto, Kalendis Februarii, Pontificatus sui Anno quinto, editam Constitutionem, cujus initium est *In supremo Justitiae Sello*, inter alia, quae pro recta Justitiae administratione, ac delictorum coercionem provide constituit, praefatas Pii IV. Pii V., & Alexandri VIII. aliorumque Antecessorum Litteras & Ordinationes, nec non Edictum Kalendis Januarii Anni Domini millesimo septingentesimo octavi, de mandato piaev memoriae Clementis Papae XI. promulgatum, caeteraque Bannimenta eoque publicata, quibus, eorumdem, seu aliorum armorum in Urbe, & Ditione Ecclesiastica praefatis delatio, retentio, introductio, aut venditio, sub diversis etiam capitalibus poenis, similiter approbavit & innovavit; Et ne poenarum in ipsis adversus transgressores statutarum executionem ullo modo impediti contingeret, quibuscumque Tribunalibus, Magistratibus, & Judicibus, tam Urbis praefatae, quam aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum eidem Apostolicae Sedi immediate, ac etiam mediate subiectorum, nec non quibusvis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus etiam de Latere Legatis, districte prohibuit & interdixit, ne in causis delationis, ac retentionis hujusmodi armorum, ulli delinquenti, poenas, quas quomodolibet incurrisset, gratioso remitterent, aut componerent, vel in minima etiam parte moderarent, sed ea dumtaxat, quae stricti juris essent, juxta praefatam formam & dispositionem Litterarum, editi, & Bannimentorum hujusmodi decernerent & exequerentur.

§. 5. Quod si ex peculiaribus, quandoque facti circumstantiis, vel ex qualitate personarum, gratiae, compositioni, aut poenae moderationi locum esse, ac quiete, ita suadente, prudenter existimarent; voluit nihilominus, neque tunc per eosdem Magistratus, & Judices, ad concessionem gratiae, compositionem, aut moderationem poenae deveniri posse, nisi praevia sua, ac Romani Pontificis, pro tempore existentis expressa approbatione; sub nullitatis gestorum, ac omnium inde sequutorum, & quoad Judices praefatos, sub pecuniariis, aliisque etiam corporalibus, suo, & ejusdem Pontificis arbitrio infligendis poenis; & consequenter quibuslibet Cardinalium Congregationibus, ac Cardinalibus etiam de Latere Legatis, quacumque facultatem, quae ipsis de jure, usu, vel consuetudine, seu alias quomodolibet competere posset, arbitranda, gratiam impertiendi, & componendi, ac moderandi poenas hujusmodi, in dictis causis delationis, ac retentionis armorum, abrogavit, & revocavit.

§. 6. Et Nos igitur dictorum Praedecessorum consilium ac prudentiam magnopere commendantes, ejusque necessitatem pro felici Populorum regimine in dies magis magisque agnoscentes, praefatas eorum Constitutiones, quarum totos, & integros tenores praesentibus pro insertis de verbo ad verbum haberi volumus, atque omnes & singulas dispositiones, prohibitiones, declarationes, & extensiones in eis contentas, Nostro Motu proprio, ac certa scientia, per hanc Nostram perpetuo valituram Constitutionem, Apostolica auctoritate approbamus, confirmamus, & innovamus; & secundum eas per quoscumque Judices, ac in omnibus, & singulis earumdem Urbis, ac Ditionis Tribunalibus, & Curis, omnino, procedi volumus & mandamus.

§. 7. Verum quia in hujusmodi causarum tractationibus saepe contingit, ut pro parte reorum, ab ipsis aut ab eorum Advocatis & Defensoribus, allegetur eorum pravam intentionem, seu dolum, in delatione, aut retentione armorum hujusmodi, & personarum, quae malam qualitatem, a Fisco minime probari; a deficientibus horum probationum, contentarum, justitiam & fundatam praesumptionem bonae qualitatis eidem Reis semper assistere; ideoque locum esse aequitati, quam praefata Clementis XII. Constitutio infinuare videtur, ut scilicet Supremo Principi consilium detur pro gratia, aut compositione, seu moderatione poenae in praemissa Constitutionibus, Edictis, & Bannimentis respective statuta; Nos hujusmodi ratiocinationes, non modo ad reos a promeritis poenis eximendos, cum praemissarum Legum eversione, & publicae quietis detrimento, tendentes, verum etiam earumdem Alexandri, & Clementis Constitutionum litterae, & spiritui adversantes, de medio tollere, ac debitam earumdem Constitutionum observantiam, & executionem asserere volentes; simili motu, scientia, & auctoritate, ac earumdem praesentium tenore, decernimus, & declaramus, nil aliud oneris, Fisco incumbere ad fundandam actionem suam, pro ut aliam, quam praedictarum Constitutionum, quam ut ipsum contraveniens delictum, videlicet delationem, vel retentionem, seu respective introductionem, fabricationem, aut venditionem armorum, in praedictis Pii IV. Pii V. Alexandri VIII. & Clementis XII. Constitutionibus, aliisque editis, & Bannimentis per eosdem Praedecessores confirmatis & innovatis, vetitorum & proscriptorum, plena & valida probatione constare faciat. Quod si ex-

§. 8. Siquae, & non aliter in hujusmodi causis centeri, atque ita per quoscumque Judices, Ordinarios & Delegates, tam in urbe, quam in universo Statu Ecclesiastico, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliosque quoslibet, quacumque praesentiam, & potestate fungentes & functuros, subita eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi & interpretandi facultate, adversus quoscumque in praemissa delinquentes, etiam specialem & nota expressione dignos, prout in praefatis Praedecessorum Nostrorum Constitutionibus exprimitur & nominantur, iudicari & definiti debere decernimus & mandamus.

§. 9. Non obstantibus contrariis quoruncumque Tribunalium & Judicum resolutionibus & deliberationibus, aut Curarum usibus, stylis & consuetudinibus, seu inveteratis Doctorum opinionibus & Sententiis, nec non Urbis praefatae, aliarumque Civitatum, & Terrarum, atque Locorum Statutis, seu eorumdem, & quarumcumque Personarum, & Universitatum Privilegiis, Exemptionibus, & Indultis, caeterisque omnibus, quae uterque Pius, Alexander, & Clemens Praedecessores praedicti suarum Constitutionum observantiae, & executioni decreverunt non obstante.

§. 10. Volumus autem, ut praesentium Litterarum Bullae Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

Reus allegans bonam qualitatem, hanc conciliat, debet probare tenetur.

Aliter iudicari prohibetur.

Derogatio contrariis.

ANNO 1753. Fides habenda...

Sanctio.

Dist. 15. 14. 1753.

rum exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ Sigillo munitis, eadem fides in iudicio, & extra, ubicumque opus fuerit, habeatur, quæ ipsi presentibus haberetur, si originaliter exhiberentur, seu ostenderentur.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum approbationis, ampliationis, innovationis, Decreti, declarationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, decimo octavo Calendæ Februarii, Pontificatus Nostri Anno XIII.

D. Card. Passioneus, J. B. Saurius, VISA DE CURIA, J. C. Boschi, Leo + Plumbi, J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Breviarum. Publicata die 3. Februarii 1753.

IN UTINENSIVITATE

Collegiata Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam cum omnibus iuribus, præeminentiis, ac privilegiis erigitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SUPREMA dispositione, cujus inscrutabili Providentia ordinationem suscipiunt universa, in supereminenti Apostolicæ Dignitatis specula, meritis licet imparibus, constituiti, illiusque vices in Terris gerentes, qui gloriosus regnat in Cælis, inter cæteras curas humeris nostris incumbentes, illam libenter amplectimur, per quam Nostræ Provisionis ope insignes Collegiata, Ecclesiæ, præsertim in Civitatibus Nobilibus, Populique frequentia conspicuis, dignioribus titulis, scilicet Metropolitanarum Ecclesiarum, illustrentur, & condignis favoribus attollantur, cumque id statui, & decori Ecclesiarum ipsarum maxime congruat, & Nos pro Divini cultus augmento, & speciali Christianissimæ consolatione, convenire conspicimus, in his sollicitudinibus Nostræ partes favorabiliter interponimus, ac opem, & operam Nostras impendimus efficaces, ut illæ per Nostræ vigilantie ministerium, votivis gratulentur eventibus, & felicia in spiritualibus suscipiant incrementa. Sequitur narratio suppressionis Patriarchatus Aquilejensis, & status erectionis duarum Archiepiscopatum, de quibus vid. Tom. III. Constit. l. pag. 394, ac alias, prout in supradictis litteris Nostri Apostolicis sub Datum pridie Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno undecimo desuper expeditis, plenius & uberius continetur.

§. 1. Nos propterea erectioni Archiepiscopatus Utinen. hujusmodi modum & formam imponere, eandemque erectionem per Nos factam Apostolica auctoritate confirmare cupientes, moto, scientia, & potestatis plenitudine similibus, in Civitate Utinensi valde conspicua, ambitus quinque miliarium circiter, duplici muro circumdata, ac pluribus ædificiis tam publicis, quam privatis eximie ornata, Populique frequentia celebris, utpote viginti millium circiter habitatorum numero referta, inter quos plurimæ Nobiles Familie, ex quibus plures quovis tempore tam antiquæ Militie, quam insignioribus Equestribus Ordinibus adscripti fuerunt, & in qua uti Governator etiam per totam Provinciam, præsertim extra Venetus Patrius, qui una cum duobus Judi-

cibus Prestoriam Curiam efformat; novem itidem inibi, præter infra scriptam Collegiatam, reperiuntur Parochiales, & aliæ intra muros Sæculares Ecclesiæ, seu Cappellæ, ac decem virorum, inter quæ Domus Presbyterorum Missionis a prædicto Daniele Cardinale, & Patriarcha propriis expensis erecta, & fundata, ac duodecim Mulierum Conventus, quorum unum, illud videlicet Sanctæ Catharinæ Senensis nuncupatæ, per eundem Danielem Cardinalem & Patriarcham a fundamentis extructum; & Conservatoria, aliaque Loca Pia, Hospitalia, & Confraternitatum Oratoria, cum Monte Pietatis, & Seminario: Et in eadem Civitate Utinensi, in qua Tribunal Inquisitionis contra Hæreticam pravitatem, & Magistratus particulares reperiuntur, convocari solent generalia Provincie Comitæ, ideoque digna, ut iure merito Archiepiscopalis Civitatis nomine nuncupari valeat; Sæcularem & Collegiatam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ una cum illius Canonicis & Præbendis, Apostolica auctoritate perpetuo suppressimus, & extinguimus, illisque sic suppressis, & extinctis, prædictam Collegiatam Ecclesiam, in sui structura valde magnificam, ac undecim nobilissimis Altaribus, efformatam ac sacris paraments, & utensilibus, ad divinum cultum necessariis, & ad Pontificalia exercenda sufficienter instruatam, dignam propterea, ut titulo & honore Archiepiscopalis Ecclesiæ decoretur, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei, ac Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, necnon Fidei Catholice exaltationem, & totius Militantis Ecclesiæ gloriam, in Archiepiscopalem & Metropolitanam Ecclesiam Utinensem nuncupandam, sub titulo Annuntiationis ejusdem B. M. V. & in ea Archiepiscopalis, & Metropolitanæ Præfulis Utinensis Sedem, & Provincie caput, pro uno deinceps Archiepiscopo Utinensi nuncupando, qui Pallii, & Crucis usum, aliorum Archiepiscoporum more, necnon ex voluntate, seu permissione Ducis, & Reipublicæ prædictorum benigne decreta, locum, & vocem in Parlamento Generali Fori Julii, in prima sede, seu sessione inter Prælatos, habeat, cum suis Capitulo, Sigillo, Archa, Mensa Archiepiscopali, omnibusque aliis insigniis Archiepiscopaliibus, necnon privilegiis, honoribus, & prerogativis, aliis Archiepiscopis debitis, & concessis, ac iuribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, gratis, favoribus, & Indultis realibus, & personalibus, ac mixtis, quibus alia Metropolitanæ Ecclesiæ, earumque Præfules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, ut privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, similiter perpetuo erigimus, & instituiamus, ac nomine titulo, & honore Archiepiscopali & Metropolitanato decoramus, necnon pro tempore existentem Ecclesiæ prædictæ Utinensi Præfulem, in Archiepiscopum declaramus; eique, ut ipse cætera singula, prout Metropolitanis in eorum Civitatibus, Diocæsis, & Provincie, a jure indulto existit, facere, exercere, administrare, & exequi possit, eadem auctoritate concedimus, indulgemus.

§. 2. Præterea idem Ecclesiæ Utinensi, Episcopales Paduanam, & Vicentinam, ac Veronensem, & Tarvisinensem, ac Cenetensem, & Bellunensem, ac Feltrensem, & Concordiensem, ac Justinopolitanam, & Emonensem, seu Civitatis novæ, ac Parentinam, necnon Polensem Ecclesiæ, Patriarchatus olim Aquilejensis per Nos ut præteritur, suppressi & extincti Suffraganeas, ac Venerabiles Fratres Nostros modernos, ac pro tempore existentes earum respective Episcopos, pro Archiepiscopo Utinensi pro tempore existente Suffraganeos, qui tamquam membra capiti eidem Archiepiscopo Utinensi jure Metropolitanico subsint, ita quod Archiepiscopus Utinensis, pro tempore existens prædictus in Paduana, Vicentina, & Veronensi, ac Tarvisina, & Cenetensi, ac Bellunensi, & Feltrensi, ac Concordiensi, & Justinopolitana, & Emonensi, seu Civitatis novæ, & Parentina, necnon Polensi Civitatibus, & Diocæsis jus Metropolitanicum sibi vindicet, necnon Paduana, ac Vicentina, & Veronenensis, ac Tarvisina, & Cenetensis, ac Bellunenensis, & Feltrensis ac Concordiensis, & Ju-

PAG. I. ANXIII.

Nec non Sæcularis Collegiata Ecclesiæ & Missionis Majoris

Quapropter Dicit Archiepiscopalem Sedem & Ecclesiam ibi erigit cum omnibus iuribus, & prerogativis

Ecclesiæ Metropolitanæ Suffraganeæ Ecclesiæ assignantur.

PONT. A. XIII.

omniacque Metropolitanis iura.

Archiepiscopales Sedes.

Capitulum in nova Metropolitanæ status, & ædificiis Mansionariorum & Cappellano rum nomenclatur.

Ecclesiæ Metropolitanæ Suffraganeæ Ecclesiæ assignantur.

& Justinopolitana, ac Emonensis, seu Civitatis novæ, & Parentina, necnon Polensis Ecclesiæ prædictæ, eidem Archiepiscopo & Metropolitanato Utinensi ad omnia & singula teneantur, & sint adscriptæ, ad quæ Suffraganei sui Metropolitanis Ecclesiis, & Metropolitanis teneantur, & obligati sunt, & iudicentur secundum Canonicas Sanctiones, dicta Apostolica auctoritate etiam concedimus, & assignamus; ac eidem Archiepiscopo Utinensi prædictos suos Suffraganeos consecrandi, ad Provinciales Synodos evocandi, ac cum eis etiam publica negotia terminandi; & causas quarumcumque appellationum, sive querelas, alias ad eum tantquam Metropolitanum, iuxta Decreta Concilii Tridentini devolutas, ac alias iuxta Sacrorum Canonum statuta spectantes, cognoscendi, omniaque alia & singula, quæ de jure vel consuetudine, aut alias quovis modo ad Archiepiscopos, & Archiepiscopales munus spectare & pertinere solent, & debent, gerendi, faciendi, & exercendi, plenam, liberam, ac omnimodam auctoritatem concedimus & facultatem: Provincie quoque Utinensis Clerum, & Populum universum, ac omnia Loca, Ecclesiæ, & Monasteria, ac Oratoria, & Pia Loca, necnon Confraternitates, in dominio Veneto existent, olim prædicto Aquilejensi Patriarchatus per Nos, ut præteritur, suppressi & extincti, subiecta & subiectas, pro eorundem Ecclesiæ, & Archiepiscopi Utinensis provincialibus, pariter perpetuo concedimus & assignamus; ac deinceps perpetuis futuris temporibus prædictas Paduanam, ac Vicentinam, & Veronensem, ac Tarvisinam, & Cenetensem, ac Bellunensem, & Feltrensem, ac Concordiensem, & Justinopolitanam, & Emonensem, seu Civitatis novæ, ac Parentinam, necnon Polensem Ecclesiæ dictæ Ecclesiæ Utinensis Suffraganeas, ac tam eas, quam illarum Civitates, & Diocæses respective universas, sub ipsa Provincia Utinensi comprehendimus, & nullatenus ab ea exemplis, nec dictæ Sedi Apostolicæ immediate, neque ulli alteri, nisi tantum Utinensi Ecclesiæ, & illius Archiepiscopo prædictis, quoad Archiepiscopalia, Metropolitanica, ac Provincialia iura, ac jurisdictiones, subiectas esse, & fore, dicta auctoritate declaramus. Pro Residentia vero, & habitatione Archiepiscopi Utinensis pro tempore existentis prædicti, in eadem Civitate Utinensi, Palatium cum ei annexis, in quo prædictus Daniel Cardinalis Patriarcha ad præsens commoratur, & ab ipso multis ædificiis auctum, concedimus, & assignamus.

§. 3. Uique eadem Collegiata Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præteritur, erecta, ex omni parte perfectior reddatur, condignoque Capitulo, ac Canonicorum, & Dignitatis in ea obtinentium, ac Mansionariorum, & Cappellanorum numero condecoretur, in ea unam Præposituram, quæ nisi post Pontificalem major exilat, pro uno Presbytero in Theologia Magistro, vel Decretorum Doctore, aut in eis Licentiatum, futuro dictæ Collegiata Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præteritur, erectæ Præposito, qui illius Capituli Caput existat, & in Choro, Capitulo, Professionibus, cæterisque functionibus, & actibus Capitularibus publicis & privatis, dictæ Collegiata Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præteritur, erectæ præeminentiæ, & primum locum habeat; ac unum Decanatum, qui secunda, pro uno Clerico, seu Presbytero futuro dictæ Ecclesiæ Decano, & unum Primiceriatum, qui tertia, Dignitates inibi respective existant, pro uno Clerico, seu Presbytero futuro dictæ Ecclesiæ Primicerio, ut viginti quatuor Canonicatus, totidemque Præbendas pro totidem Clericis, seu Presbyteris futuris in ea Canonicis, ac duodecim Mansionariatus, pro totidem Presbyteris futuris in ea Mansionariis, necnon octo sine cura, personalem tamen residentiam requirentes, Cappellanas, pro totidem Presbyteris futuris in ac Cappellanis, ut infra, nominandis, cum Capitulo, Stallo, Mensa Capitulari, Arca, Bursa, & Sigillo communibus, ac omnibus & singulis aliis Capitularibus signis, & insigniis, aliis Metropolitanis Ecclesiis, earumque Capitalibus de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet, non tamen ex indulto, seu

privilegio particulari, competentibus; quique Præpositus, ac Decanus, & Primicerius, necnon Canonici prædicti Capitulum inter se constituent; ac tam ipsi, quam Mansionarii, & Cappellani hujusmodi apud dictam Ecclesiam personaliter residere, & in ea singulis diebus, ac debitis temporibus, horas Canonicas, ac Majorem, seu Conventualem, & alias Missas, cæteraque Divina Officia solita & consueta, cum debita mentis attentione, servataque Ecclesiastica disciplina, ac infra scriptis ordine & præcedentia omnino servatis, videlicet quod Præpositus semper primum, Decanus secundum, & Primicerius tertium, locos habeant; deinde iuxta antianitatem majorem, seu priorum electionem, aut nominationem in Canonicos, Mansionarios, & Cappellanos hujusmodi, viginti quatuor Canonici, & successive duodecim Mansionarii, & octo Cappellani prædicti succedant; qui Mansionarii, & Cappellani nunquam de Gremio Capituli censei debeant, minusque vocem, aut votum in Capitulo, ac Sessionibus Capitularibus habere valeant; omnes vero Archiepiscopo Utinensi pro tempore existenti, prout in aliis Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis prædicari solet, infervere teneantur, psallere, decantare, recitare, & respective celebrare, & alias dictæ Ecclesiæ in Divinis laudabiliter deservire debeant, & teneantur, dicta Apostolica auctoritate, etiam perpetuo erigimus, & instituiamus.

§. 4. Illis autem sic erectis, & institutis, pro mensurarum Archiepiscopalis & respective Capitularis prædictæ Ecclesiæ, necnon Archiepiscopatus Utinensis hujusmodi, videlicet infra scriptam summam octo millium trecentorum, & sexdecim Ducatorum monetæ Venetæ, ei ut infra assignandam, & Præposituræ, ac Decanatus, & Primiceriatu, ac viginti quatuor Canonicatum, totidemque Præbendarum, & duodecim Mansionariatum, necnon octo Cappellanarum, ut præteritur, erectorum, & erectarum, hujusmodi respective dote, illamque, ac illos, & illas pro tempore respective obtinentium congrua sustentatione, ac onerum eis pro tempore respective incumbentium supportatione, omnia & singula fructus, redditus, proventus, obventiones, & emolumenta universa, tam ad prædictam olim Patriarchalem Aquilejensem Ecclesiam per Nos, ut præteritur suppressam, & extinctam, in Dominio Veneto existentia, quam ad prædictam Collegiatam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præteritur, erectam quomodolibet spectantia, & pertinentia, ita tamen ut Mensæ Archiepiscopalis Utinensis redditus annui sint in octo mille trecentum, & sexdecim Ducatis monetæ Venetæ prædictæ, ad rationem Librarum sex, & solidorum quatuor pro quolibet Ducato hujusmodi, licet redditus Mensæ Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensi prædictæ in solis septem milibus quingentis nonaginta septem Ducatis similibus consistere, attento quod prædicti Dux & Respublica Venetiarum, ad faciendam Nobis rem gratam, auxerunt redditus prædictæ Mensæ Archiepiscopalis Utinensis in ducatis septingentis novendecim similibus, quo intuitu etiam Dux, & Respublica prædicti continuabunt favore Sacrilitæ prædictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ annuam præstationem trecentorum & sexdecim Ducatorum similiarum, quæ prius præstabat Sacrilitæ prædictæ Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis.

§. 5. Præposito vero septingenti sexaginta, & Decano sexcenti quinquaginta, ac Primicerio quingenti septuaginta, singulis vero ex viginti quatuor Canonicibus trecenti quinquaginta quinque, ac singulis ex duodecim Mansionariis centum octoginta septem ducati monetæ Venetæ prædictæ, cum dimidio alterius ducati parisi, necnon singulis ex octo Cappellanis pro tempore existentibus prædictis octoginta octo ducati similes cum tribus quartis alterius ducati parisi annuatim assignentur, eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuo applicamus, & approbamus; ita quod liceat futuris Archiepiscopo Utinensi, ac Præposito, & Decano, ac Primicerio, & viginti quatuor Canonicis, ac duodecim Mansionariis, & octo Cappellanis prædictæ Ecclesiæ pro tempore existentibus, illorum omnium fructuum, reddituum, jurium, obventionum, & emolumentorum veram, realem, & actualem possessionem per

ANNO 1753. Ordo p. 200

Archiepiscopali Mensæ redditus assignantur.

Item censetur Præbende de Beneficio in Archiepiscopali Ecclesia creantur.

ANNO 1753.

Tercio red- dicitur Men- se Archiepiscopi- palis petri- breni: et Prætoris Commenda Monasterii S. petri de Rosacio.

Proventus Capitularis Mensis de- gnantur, & unde sint colligendi.

se, vel alium, seu alios, eorum, ac dictarum Men- sarum Archiepiscopalis, & respective Capitularis no- minibus, propria auctoritate, libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, & proventus hujusmodi, jura, obventio- nes, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, levare, ac in eorum, & Mensurarum Archiepisco- palis, & respective Capitularis hujusmodi usus, & uti- litatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita.

§. 6. Præterea, atenta dismembratione, ac sepa- ratione fructuum ex Bonis in Veneto Dominio exi- stentibus ad Monasterium Abbatiam nuncupatum Sancti Petri de Rosacio Ordinis Sancti Benedicti olim Aquilejensis Diocesis pro Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, quod Dilectus similiter Filius noster Angelus Maria prædictæ S. R. E. Cardinalis Quirini nuncupatus, modernus Episcopus Brixienfis, in Commendam ad sui vitam ex concessione & dis- pensatione Apostolica ad presens obtinet, quodque Apostolica ad vitam obtineri consuevit, spectantium, & pertinentium, in actu erectionis Ecclesie Archiepi- scopalis Goritienfis per Nos, ut præfertur, factis, ex tunc, & cum primum illud per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privato- nem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissio- nem dicti Angeli Mariæ Cardinalis & Episcopi, aut alio quovis modo ex ejus persona, Commenda præ- dicta cessante, vacare contigerit, firmo remanente Titulo Commendæ; cujus Monasterii taxa in libris Camere Apostolicæ descripta ad centum octoginta tres Florenos auri, cum uno tertio alterius Floreni simi- lis, pro parte ad Mensam Archiepiscopalem Utinen- si prædictam spectant, quæ ab Archiepiscopo Utinen- si pro tempore existente, utpote in provisione Ecclesie Archiepiscopalis solvenda, in litteris Apostolicis Com- mendæ ejusdem Monasterii desuper expediendis perfol- vi non debbit, attento quod taxa Ecclesie Utinenfis ad mille Florenos auri, comprehensis dictis centum octoginta tribus Florenis hujusmodi cum uno tertio al- terius Floreni parisi, in prædictis libris, ut accepti- mus, descripta reperitur; quodque Monasterium, quia redditus ex Bonis in Veneto Dominio existentibus ha- bet, Utinenfis Diocesis denominari, ac Archiepiscopus Utinenfis pro tempore existentibus, & non aliis per- sonis, in Commendam, Apostolica auctoritate con- cedi, & assignari debeat, cum denominatione, seu titulo ejusdem S. Petri de Rosacio, ut præfertur, etiam factis, quas dicta Apostolica auctoritate con- firmamus, eosdem fructus sic dismembratos, & sepa- ratos, & ad summam duorum millium ducatorum annuatim ascendentes, eidem Mense Ar- chepiscopi Utinenfis, cum favore annuatim solventur, ut adimpleatur summa octo millium trecentorum, & sexdecim ducatorum hujusmodi quotannis Archiepiscopo Utinenfi pro tempore existenti, donec & quousque tradantur tantis & stabilibus, quæ sint dicti annui red- ditus, nitidi, & liberi ab omnibus expensis, & quæ- nus prædictus Daniel Cardinalis & Patriarcha eidem Angelo Mariæ Cardinali & Episcopo præmoriatur, tunc Dux, & Respublica prædicti subministrabunt bis mille Ducatos annuos similes Archiepiscopo Utinenfi pro tempore existentis, donec tamen & quousque prædictum Monasterium per dicti Angeli Mariæ Cardinalis & Epi- scopi cessum, vel decessum, aut alio quovis modo, ex ejus persona, Commenda prædicta cessante, vacare con- tingerit.

§. 7. Pro Capitulo vero, & omnibus Capitulari- bus prædictæ Ecclesie in Archiepiscopalem, ut præ- fertur, erectæ, omnes & singulos redditus cujuscum- que generis, & speciei, cum omnibus juribus, & actionibus, ac unionibus Beneficiorum Ecclesiasticorum, tam Capituli olim Patriarchalis Ecclesie A- quilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & ex- tinctæ, quam prædictæ Collegiæ Ecclesie S. Ma- riæ Majoris in Archiepiscopalem, ut præfertur, ere- ctæ, ad tredecim mille & quadringentos ducatos si- milis in totum annuatim ascendentes, non deducis oneribus, itaut, facta distributione inter singulos, ut supra, superesse debeant annuatim sexaginta du- cati pares in salarium Acolytorum, qui prædictæ Ec-

clesie inserviant, erogandi, Apostolica auctoritate Pont. A. XIII. prædicta similiter perpetuo applicamus & appropria- mus: ad prædictam tamen Ecclesiam in Archiepi- scopalem, ut præfertur erectam, omnia & singula Anniversaria, & onera Missarum, ac Officia, ha- bentia fundos, & redditus in ditione Veneta, simi- liter perpetuo transferimus, in eaque celebrari man- damus.

§. 8. Insuper quod semper, & quoadcumque Provisionalis quædam de Ecclesia Utinenfi, Pastoris solario destituta fuerit, ad- archiepiscopo, eliqua Coadjutor, illam Archiepiscopus Utinenfis pro tempore, ut in- legio Venerabilium Fratrum Nostrorum prædictæ S. R. E. Cardinalium statutam, tam ratione prædictæ Ecclesie Utinenfis, quam ratione prædicti Monaste- rii Sancti Petri de Rosacio, in parte, ut supra, Mensæ Archiepiscopali Utinenfi prædictæ assignata, quin teneatur ad utriusque taxæ solutionem prædi- ctus Daniel Cardinalis & Patriarcha, quem Nos, ab- que alia de ejus persona Ecclesie Utinenfis prædictæ de novo faciendi provisione, & protectione, in Ar- chepiscopum Utinensem declaramus; ipsamque eidem Ecclesie Utinenfi prædictam fuisse & esse volumus; & cum in Archiepiscopum Utinensem prædictum successerit Venerabilis Frater Noster Bartholomæus Gradu- go modernus Episcopus Thiatrensis in partibus Infu- delium, ex nunc pro tunc a Duce & Republica præ- dictis ad illam nominatus, quatenus tamen in actu, quo ipse alias prædicto Danieli Cardinali & Patriarchæ Coadjutor perpetuus; & irrevocabilis in regimine & administratione dictæ olim Patriarchalis Ecclesie A- quilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, cum futura in illa successione, Apostolica auctoritate prædicta constitutus & deputatus fuit, jura & emo- lumenta ejusdem Collegio, & Camere Apostolicæ de- bita persolverit, & non alias, quod in actu exredi- tionis suarum novarum Litterarum Apostolicarum Coad- jutoriarum, teneatur tantum ad solutionem taxæ præ- dicti Monasterii Sancti Petri de Rosacio, pro qua taxa præstare debeat prædicto Collegio, & Cancellaria idoneam cautionem, eadem Apostolica auctoritate declaramus.

§. 9. Præterea eidem futuris, & pro tempore exi- stentibus Ecclesie Utinenfis Archiepiscopo, Capitulo, & Canonicis, & Dignitates prædictas obtinentibus, dandi statu- ut ipsi capitulariter congregati, pro dictæ Ecclesie Utinenfis, ac illius Mensæ Capitularis, Sacristiæ, & Fabricæ; earumque rerum, & honorum, tam spi- ritualium, quam temporalium prospero, felicitate statu, regimine, gubernio, & directione, ac onerum eis pro tempore respective incumbentium supporta- tione, Missarum, Horarum Canoniarum diurnarum, & nocturnarum, aliorumque Divinorum Officiorum, Processionum, Funeralium, & Anniversariorum ce- lebratione, ac de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis, ac Mansionariis, & Cappellanis prædi- ctis, aliisque Ministeriis Ecclesiasticis inibi pro tem- pore providendorum receptione, & admissione, per- sonali residentia, distributione etiam quotidianarum, & emolumentorum quorumcumque repartitione, & administratione, pœnarum per absentes, ac Divi- nis Officiis, & functionibus suis loco & tempore non interessentes, seu onera, & ministeria eis respective incumbentia subire negligentes, incurrendam im- positionem, atque incursum, singulorum presentis & absentis notandis, caeremoniis, & ritibus in præ- dicta Ecclesia, illiusque Choro, Capitulo, Procef- sionibus, & aliis adibus servandis, necnon illius Mi- nistris deputandis & amovendis, salariis, & stipendiis eorum cuilibet assignandis, & quibusvis aliis rebus, in præmissis, & circa ea quomodolibet necessariis & opportunis, quæcumque Statuta, Ordinationes, Ca- pitula, & Decreta, licita tamen, & honesta, ac sac- cris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non contraria, concedere & edere, conditaque & edita; pro temporum & re- rum variatione, & qualitate, mutare, limitari, corrigere, declarare, & interpretari, ac in melio- rem formam redigere, seu alia de novo etiam ex in- tegro, de consensu tamen semper Archiepiscopi Uti- nenfis pro tempore existentis, concedere, & per eos, ad quos pro tempore spectabit, sub penis in contra- riam.

PONT. A. XIII.

Dignitates, Canonici, & Mansionarii pœnalibus insignibus, & consuetis juribus, ac privilegiis decernatur.

Jus nomi- nandi Ar- chepisco- pum, Dec- anum, Pri- micierium, & duodecim Canonicos, referatur Venetæ Re- publicæ.

cientes statuendis, observari facere libere & licite valeant, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & potestatem, & auctoritatem, eadem Apo- stolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, & impertimur.

§. 10. Uterius futuris prædictæ Ecclesie Præpo- sito, & Decano, ac Primicerio, & vigintiquatuor Canonicis, necnon duodecim Mansionariis prædictis, eorumque in Præpositura, ac Decanatu, & Pri- micieratu, & singulis Canonicatibus, & Præben- dis, necnon Mansionariis hujusmodi successori- bus respective pro tempore existentibus, ut ipsi, Præ- positus videlicet, ac Decanus, & Primicerius, ac viginti quatuor Canonici prædicti, Cappan magnam violacei coloris, pellibus armenicis subfutam, & Rocchetum; Mansionarii vero prædicti Almutiam, tam in prædicta Ecclesia, quam extra eam, & tam in Processionibus, quam aliis adibus, & functioni- bus quibuscumque publicis, & privatis, etiam extra Civitatem Utinensem prædictam, ac ubique lo- corum, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Uni- versalibus, Generalibus Conciliis, ac etiam in præsentia didorum Venerabilium Fratrum Nostrorum prædictæ S. R. E. Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Or- dinarii etiam proprii, ac aliorum quorumcumque, ac etiam in ipsis Ecclesie Choro, & Capitulo, quibus- vis anni temporibus, & diebus; deferre & gestare, illiusque respective uti, libere, & licite possint, & valeant; eisdem quoque Præposito, & Decano, & Primicerio, & vigintiquatuor Canonicis, necnon duodecim Mansionariis pro tempore existentibus prædictis, ut ipsi, eorumque Officiales, & Ministri, ac res- pective bona, proprietates, & jura quæcumque, omnibus & singulis, tam spiritualibus, quam tempo- ralibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, præminentibus, antelationibus, concessionibus, indul- tiis, favoribus, & gratiis, quibus aliarum similium Archiepiscopatum, & Metropolitanarum Ecclesiarum illarum partium, Capitula, Dignitates, Canonicatus & Præbendas, ac Mansionariatus in eis obtinen- tes, eorumque Officiales, & Ministri, ac bona, jus, res, & proprietates, de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari utuntur, fruantur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, similiter & pariformiter, ac æque principaliter, & absque ulla profusa differen- tia, dummodo tamen illa sint in usu, & non revo- cata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacril- que Canonibus, prædicti Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis præ- dictis non repugnent, uti, frui, potiri, & gaudere libere & licite etiam possint, & valeant, perinde ac si eis nominatim & expresse concessa fuissent, eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 11. Et insuper, attentis Ducis & Reipublicæ præ- dictorum erga Sanctam Sedem particularibus meritis, eidem Duci & Reipublicæ jus nominandi ad præ- dictam Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, quoties eam pro tempore quomodolibet, non tamen per obitu- tum apud Sedem Apostolicam prædictam, Pastoris so- lario destituti contigerit, Personam idoneam, per Nos & Romanum Pontificem pro tempore existentem, ad nominationem hujusmodi, eidem Ecclesie Utinenfis in Archiepiscopum præficiendam; necnon ad Decanatum, & Primiceriatum, & duodecim ex dictis vigintiquatuor Canonicatibus & Præbendis, per Nos, ut præfertur, erectis hujusmodi, certis Sanctorum nominibus, ut infra, designandos, quoadcumque & quouscumque illos & illas de cætero, quibusvis modis, & ex quo- rumcumque personis, etiam Nostri, & Romani Pon- tificis pro tempore existentis, seu quorumvis præ- dictæ S. R. E. Cardinalium etiam tunc viventium familiaribus, & continuis Commensalibus, seu Ro- manæ Curie Officialibus, aut alias reservationem & affectionem inducentibus, seu per liberam, etiam ex causa permutationis, respective resignationes de illis in Romana Curia prædicta etiam in Nostri, & Romani Pontificis pro tempore existentis manibus, vel extra eam quomodolibet respective factas & admittas, aut affe-

quationem aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum qua- vis auctoritate collatorum, seu illos & illa pro tempore respective obtinentium in aliquo ex Mensibus Nobis & Romano Pontifici pro tempore existentis, ac eidem Se- di Apostolicæ, reservatis, decessum, aut quamvis aliam dimissionem, amissionem, privationem, Religionis ingressum, & Professionis in ea emissionem, Matrimonii contractum, aut alias quomodocumque, & qualiter- cumque, non tamen per obitum apud Sedem Apostoli- cam prædictam, vacare contigerit, Personas itidem idoneas, in Decanatu, ac Primiceriatu, ac duodecim ex dictis viginti quatuor Canonicatibus & Præbendis per Nos, ut præfertur, erectis hujusmodi, per Ordina- rium Loci respective instituendas, simili Apostolica auctoritate perpetuo reservamus, concedimus, & as- signamus. Necnon Jus nominandi hujusmodi, tam ad dictam Ecclesiam Utinensem, quam ad Decanatum, & Primiceriatum, ac duodecim ex dictis viginti qua- tuor Canonicatibus & Præbendis, ut præfertur, erectis hujusmodi, Regum existerent, eisdemque Duci & Rei- publicæ semper & perpetuo competere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam essentiam, qualitatem, validitatem, & roboris firmitatem Juris nominan- di Regii hujusmodi, obtinere, ac, uti tale, sub qua- cumque derogatione, etiam cum quibusvis prægnantissi- mis & efficacissimis clausulis, & decretis in qua- cumque dispositione, etiam per viam Constitutionis, Legis, Regulæ Cancellariæ Apostolicæ, aut alias quo- modocumque facta, nullatenus comprehendi, neque illi ullo unquam tempore, & ex quavis causa, de- rogari posse, neque debere, ac Collationes, provisiones, & qualvis alias dispositiones de Decanatu & Pri- micieriatu, ac duodecim ex viginti quatuor Canonicati- bus & Præbendis, ut præfertur, erectis hujusmodi, absque Ducis & Reipublicæ prædictorum consensu, seu nominatione, pro tempore factas, processuque desuper habendos, & inde sequenda quæcumque, nulla, & in- valida, nulliusque roboris vel momenti fore & esse, ac pro nullis & infectis haberi, nec jus aut coloratum titulum possidendi cuiquam per illa tribui posse, decer- nimus.

§. 12. Capitulo vero & Canonicis prædictæ Collegi- æ Ecclesie Sanctæ Mariæ Majoris nuncupate in Ar- chepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, Canonicis, & Præbendis, ad Canonicatum, & Mansionariatus nuncupatum Præbendam, ex dictis vigintiquatuor Ca- nonicibus & Præbendis per Nos, ut præfertur, ere- ctis, utpote semper considerandos ex fundatione, vel dotatione, de Jurepatronatus Latorum, quoties illos quovis modo, & ex cujusvis persona, non tamen per obitum apud Sedem prædictam, vacare contigerit, per- sonam idoneam ad eisdem Capitulo & Canonicis in illis instituendam, similiter perpetuo reservamus, concedi- mus, & assignamus.

§. 13. Sed ne ex prædicta reservatione Juris nomi- nandi Duci & Reipublicæ, prædictis, ut præfertur, concessa, tantum oriatur præjudicium prædictæ Cancellariæ Apostolicæ; decernimus & declaramus, quod tam Decanatus, quam Primiceriatum, & duodecim ex vigin- tiquatuor Canonicatibus & Præbendis, ut præfertur, erectis hujusmodi, vacationibus extra prædictam Curiam in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris mensibus quovis modo pro tempore oc- currentibus; ad illos & illas a Duce & Republica præfatis nominati, exhibere debeant eorum nomina- tionem in Dataria Apostolica, & subinde Apostolicas Litteras, cum expressione fructuum in viginti qua- tuor Ducati auri de Camera, in Cancellaria Apostolica expedire teneantur. Vacationibus autem præfatis in aliis sex, Februarii videlicet, ac Aprilis, & Junii, ac Augusti, & Octobris, nec non Decembris mensibus occurrentibus, ad illos & illas nominati, Pa- tentales litteras eorum institutionibus ab Archie- pisco Utinenfi pro tempore existente reportare de- beant. Litteræ autem Apostolicæ collationis prædictæ Præposituræ, quæ, utpote Dignitatis post Pontifi- calem majoris existentis, semper ad Sedem Apostoli- cam prædictam pertinebit, cum expressione pariter illius fructuum in viginti quatuor ducatis auri de Camera expellantur.

§. 14. Idemque servabitur in litteris Apostolicis collationis aliorum undecim Canonicatum, totidem- que Præbendarum, ut præfertur, erectorum & ere-

ANNO 1752.

Aliud jus nominandi ad Canonica- tum, & Præ- bendam Ca- pitulo refer- ratum.

Quid de Co- nonibus si- beræ colla- tionis.

clarum

ANNO hujusmodi, quorum, tamquam liberæ collatio-
 nis existentium, collatio facienda erit a Nobis, seu
 Romano Pontifice pro tempore existente, vel ab
 Archiepiscopo Utinensi pro tempore existente, ad
 formam Regularum ejusdem Cancellariæ Apostoli-
 cæ. Et quoad duodecim Mansionariatus, ac octo
 Cappellanis, ut præfertur, erectos & erectas hujus-
 modi, utpote de sui natura ad nutum amovibiles
 prædictis libere Mansionarios & Cappellanos, quo
 eligendi Capitulo & Canonicis dictæ Ecclesiæ Jus
 prius potiebantur Capitulum & Canonicis præfatæ Pa-
 triarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur,
 suppressæ & extinctæ, necnon ejusdem Collegiæ
 Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archie-
 piscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, ere-
 ctæ juxta antiquam consuetudinem; quodque cura
 animarum dilectorum Filiorum Parochianorum ejus-
 dem Ecclesiæ Utinensis penes Capitulum & Canoni-
 cos præfatæ Ecclesiæ Utinensis remaneat, exercenda
 tamen per unum & alterum Vicarios ab eisdem Capitu-
 lo & Canonicis nominandos, & ad eorum nutum
 amovibiles, similiter reservamus, concedimus, ac res-
 pective declaramus.

§. 15. Denique, quod prædictus Daniel Cardina-
 lis & Patriarcha, necnon pro tempore existens Ar-
 chepiscopus Utinensis, de Concilio Capituli & Cano-
 nicorum prædictæ Ecclesiæ Utinensis, distinguere,
 seu declarare debeat Præbendas Canonicales hujusmodi
 Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, necnon
 ad præscriptum Concilii Tridentini prædicti, etiam
 Theologales, & Pœnitentiarum Præbendas ejusdem
 Ecclesiæ Utinensis, ut præfertur, erectæ, prævio
 concursu conferendas. Quodque cum justum non sit,
 quod remaneant totaliter expoliari nonnulli ex anti-
 quis Canonicis, Mansionariis, & Cappellanis tam
 præfatæ Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos,
 ut præfertur, suppressæ & extinctæ, quam ejusdem
 Collegiæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris, nuncupatæ
 in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præ-
 fertur, erectæ, quibus locus esse non potest, at-
 tento determinato numero Præbendarum in prædicta
 Archiepiscopali Ecclesia; onus esse debeat ejusdem Ec-
 clesiæ Utinensis Capituli & Canonicorum, didis Pres-
 byteris Congruam præbere, vita eorum naturali du-
 rante, vel donec ipsi aliter provideantur, qua sese
 sustentare valeant, & quatenus aliqua emergeret dif-
 ficultas super assignatione præfatæ Congruæ per Capitu-
 lum & Canonicos prædictos, ut præfertur, præ-
 standæ, quod idem Daniel Cardinalis & Patriarcha il-
 lam pro suo arbitrio prudenter componere, & con-
 cordare; prout etiam decernere quantitatem distribu-
 tionum a solis interessentibus Choro personaliter lucran-
 darum, valeat; quodque quoad eam Diocesis Aquile-
 jensis partem in Civitate, & Diocesi Veronensi exis-
 stentem, hæc, ut prius, remanere debeat subjecta
 præfato Danieli Cardinali Patriarchæ, vita ejus na-
 turali durante, neque hoc intermedio tempore omit-
 temus omnem opportunam capere providentiam in eo
 quod respiciet futurum tempus; & si dictus Daniel
 Cardinalis & Patriarcha e vivis decederet, quod Deus
 avertat, antequam capta fuisset dicta providentia, exe-
 quenda, ut supra, post obitum præfati Danielis Car-
 dinalis, & Patriarchæ, ne Capitulum Veronense
 ac Monasterium Sanctæ Mariæ in Organo nuncupatæ
 Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis, & aliæ Ec-
 clesiæ in Civitate, & Suburbii Veronensibus positæ,
 olim Patriarchatui Aquilejensi per Nos, ut præfer-
 tur, suppressæ & extinctæ subjectæ, ullo unquam
 tempore sint sine capite, & ne via aperiat in con-
 venientibus ex causa præsentium bene notarum Capitu-
 li & Canonicorum Ecclesiæ Veronensis super ali-
 quibus Ecclesiis, & Monasteriis; ex nunc pro tunc de-
 cernimus, Venerabilem Fratrem Nostrum Episcopum
 Veronensem, uti Apostolicum Delegatum, exercere
 debere super Capitulo & Canonicis Ecclesiæ Veronensis
 prædictæ, & Monasterio præfato, aliisque Ecclesiis
 prædictis omnem eam jurisdictionem, siquam hæc-
 tenus exercuerunt Patriarchæ Aquilejenses, usque dum
 fuerit examinatum a Sancta Sede totum id, quod est
 examinari, ut rectum iudicium dari possit super præ-
 sentionibus, ne dum Episcopi, verum etiam Capituli,
 & Canonicorum Ecclesiæ Veronensis prædictorum, si-
 militer declaramus.

§. 16. Præsentibus quoque litteras semper & perpe-
 tuo validas & efficaces esse, & fore, suoque plena-
 rios & integros effectus sortiri & obtinere, nec ul-
 lo unquam tempore se subreptionis, vel obreptionis,
 aut nullitatis seu invaliditatis vitio, vel inten-
 tionis Nostræ, aut alio quovis defectu notari, in-
 pugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari,
 aut adversus illas quodcumque juris, vel facti,
 aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse;
 nec illas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus
 gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationi-
 bus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositio-
 nibus etiam per Nos, & Sedem Apostolicam prædi-
 ctam, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac
 scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam
 consistorialiter pro tempore factis, & faciendis, com-
 prehendi, vel confundi; sed tamquam ad Fidei Ca-
 tholicæ exaltationem, Divinique cultus incremen-
 tum, & animarum edificationem & solatium, factas
 & emanatas, semper ab illis excipi & quoties
 illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum
 statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas,
 ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data,
 per futuros, & pro tempore existentes Archiepisco-
 pum, & Capitulum, & Canonicos Utinensis præ-
 dictos, ac alios, quorum favorem eadem præsentibus
 litteræ quomodolibet concernunt, quodcumque eli-
 genda, concessas, validasque fore & esse, suoque
 planarios & integros effectus sortiri & obtinere; &
 sic ab omnibus censeri; & ita per quoscumque Iudices
 Ordinatis, vel Delegatos, quavis auctoritate fun-
 gentes, etiam Casarum Palatii Apostolici Auditores, ac
 ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de
 Latere Legatos, Vicelegatos, didicæ Sedis Nuncios,
 & quoslibet alios quavis prerogativa & privilegio fun-
 gentes, ac eorum cuilibet quavis aliter judicandi & inter-
 pretandi facultate, & auctoritate, in quavis causa &
 instantia judicari & definiti debere, & si secus super his
 a quorum &c. irritum & inane motu pari similiter de-
 cernimus.

§. 17. Non obstantibus &c. quibusvis etiam in Syn-
 nodalibus, Provincialibus, Universalibus, & Generali-
 bus Conciliis editis vel edendis, specialibus, vel ge-
 neralibus Constitutionibus, & Ordinationibus Aposto-
 licis necnon Nostris, & Cancellariæ prædictæ Regu-
 lis, de jure quæsto non tollendo, ac de gratiis
 admittit non concedendis, & de exprimendo vero an-
 nuo valore, nec non Lateranensis Concilii novissima
 celebrati, uniones, & applicationes perpetuas, nisi
 in casibus a jure permittis fieri prohibentibus, & que-
 nus opus sit, præfatæ Collegiæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ
 Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam
 Utinensem, ut præfertur, erectæ, etiam juramento
 &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis
 quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis
 Superioribus & Personis, sub quibuscumque tenori-
 bus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis
 derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis,
 & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis Decretis,
 etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine simili-
 bus, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet
 etiam pluries ac iteratis vicibus concessis, confirmatis,
 approbatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis
 etiam si illorum sufficienti derogatione, alias de il-
 lis, eorumque totis tenoribus, specialibus, specificis,
 expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non
 autem per clausulas generales idem importantes, men-
 tio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua
 alia etiam exquisita & peculiaris forma ad hoc ser-
 vanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad
 verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tra-
 dita observata, inserti forent, præsentibus pro plene
 & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis
 alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum om-
 nium & singulorum validitatis effectum, hac vice dum-
 taxat specialiter & expresse, ac latissime & plenissime,
 harum quoque serie, motu, scientia, & potestatis plen-
 tudine paribus, derogamus, contrariis quibuscumque.
 Et post alia.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
 paginam Nostram abolitionis, suppressionis, extin-
 ctionis, erectionis, institutionis, concessionis, dif-
 tin-

PONT. A. XII. Decreta per præmissorum firmitate.

Amplissime delegato Vicario facultates tribuuntur.

Amplissime delegato Vicario facultates tribuuntur.

Amplissime delegato Vicario facultates tribuuntur.

Amplissime delegato Vicario facultates tribuuntur.

PONT. A. XIII. Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, Quartodecimo Kalendas Februarii Pontificatus Nostri Anno XII.

Expedita in Cancellaria Apostolica.

X. INDIARUM ORIENTALIUM.

Vicariis Apostolicis Episcopis, non habentibus Episcopum Coadjutorem cum futura Successione, nec Vicarium Generalem, injungitur, ut sibi constituent Vicarium Generalem, cui Amplissimæ facultates in causa obitus Vicarii Apostolici, a Pontifice concedun-
 tur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ex sublimi hac Sacrosancti Apostolatus specula in qua per ineffabilem divine bonitatis abundantiam plane immerentes præsumimus, impositam imbecillitati nostræ omnium Ecclesiarum sollicitudinem, & omnium animarum JESU CHRISTI Sanguine redemptarum procuracionem assidue cogitantes, advigilare, ac providere adniimur, ut opportunas Apostolicæ charitatis potestati- que nostræ partes, in Regionibus præfertim, & Provinciis ab Europa tam longe distitis, quoad Nobis integram est, desiderari minime patiamur.

§. 1. Quoniam autem non sine gravissima Pontifici animi nostri molestia accepimus, sæpe accidisse, aliquem scilicet ex Vobis, Venerabiles Fratres, istarum Indiarum Orientalium Apostolicis Vicariis, Episcopali titulo, & Characterè insignitum, sed sine Coadjutore cum futura successione, viam universæ carnis ingressum, ad repositam in Cælis coronam apostolicis laboribus paratam evolasse, ac neminem, qui Ordinariam pro defuncto Vicario Apostolico jurisdictionem exerceret, reperit, aut deputatum fuisse: Hinc est, quod omnibus, & singulis Vicariis Apostolicis hujusmodi injungimus, & mandamus, ut qui neque Episcopum Coadjutorem cum futura successione, neque Vicarium, ex Clero five seculari, five regulari, Generalem habent, statim atque ad unumquemque eorum præsentium nostrarum litterarum certa notitia pervenerint, deputent Vicarium ex Clero five seculari, five regulari.

XI. CHE AI CARDINALI CARDINALES. XII.

Vescovi Suburbicarij non sia lecito il conferire oltre la Tonfura anche gli Ordini Minori, o Sacri a' loro Sudditi nella Capella del proprio Palazzo di Roma, senza aver chiesta, ed ottenuta licenza dal Cardinal Vicario di Roma.

Venerabili Fratri Nostro, Fr. Joanni Antonio Episcopo Tuscolano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, Nostro in Urbe ejusque districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NELL' ultima udienza, che le dammo, Ella ci rappresentò, essere stato stampato in Roma nell' anno passato 1752. un piccolo Trattato de' Episcopis Cardinalibus Suburbicariis da un Religioso pio, e versato nelle materie Morali, e Bullar. Rom. Benedi. XIV. Tom. IV.

Generalem, habilem tamen, atque idoneum, qui eventiente cujusvis Apostolici Vicarii sine Coadjutore cum futura successione obitu, tanquam Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Delegatus, teneatur assumere, & obire regimen, & gubernium Apostolici Vicariatus, usque ad captam ejusdem Vicariatus Apostolici hujusmodi possessionem-novo Vicario Apostolico, quem eadem hæc Sancta Sedes constituerit, aut usque ad quacumque aliam ab ipsa Sancta Sede ineundam ordinationem.

§. 2. Porro Vicario Generali hujusmodi per Apostolicum quemque Vicarium sibi, ut præmittitur deputando, Nos eorundem præsentium tenore, nunc prout tunc, Apostolica auctoritate nostra concedimus, & tribuimus omnes, & singulas facultates perpetuis futuris temporibus velittas, quæ Vicariis Capitalibus cujusvis Cathedralis Ecclesiæ, Sede vacante, inesse, & de jure competere dignoscuntur. Præterea eidem Vicario Generali, post tamen Apostolici Vicarii obitum, concedimus, pariterque impertitur usum, & exercitium earum facultatum, quibus utebatur, & gaudebat, dum viveret, defunctus Apostolicus Vicarius Episcopus; iis dumtaxat exceptis, quæ requirunt Ordinem, & Characterem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usum exercentur. Quodcumque vero necessitas urgeat, sapedido Vicario Generali potestatem etiam indulgemus & damus, consecrandi Calices, Patenas, & Altaria portatilia, cum Sacris Oleis omnino ab Episcopo benedictis.

§. 3. Itaque, Venerabiles Fratres, ex Apostolicæ providentiæ auctoritatique nostræ ratione, maxime ad procurandam salutem animarum consentanea, a Nobis suscepta, atque unicuique Vestrum præcepta, animadvertite, quanta sit Apostolici muneris unicuique Vestrum injuncta cura: Atque eapropter sagacite, ut per assiduos labores, vigilantiam pastoralem, sollicitudinemque contendantis, ne quispiam Christianissimum Vobis commissorum, & de quibus ratio Supremo Pastorum Principi Eterno Jecuri reddenda est, pareat; Sed potius, ut omnes æternam salutem consequantur, ut Vobis merces vestris meritis debita a justo Remuneratore Deo tribuatur. Nos interim cœlestis præsidii auspicio Apostolicam Benedictionem, in Populos etiam vestrarum Diocesium & Provinciarum redundaturam, Fratemitibus Vestris peramanter impertimur.

§. 4. Volumus autem, ut eorundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, & a Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei Præpositorum Præfectorum, & Secretario pro tempore existentibus subscriptis; & Sigillo ejusdem Congregationis munitis, eadem proflus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Januarii MDCCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo tertio.

Cajetanus Amatius.

XII. CARDINALES.

Episcopos Suburbicarios, in propria Cappella sui Palatii Romæ existentis, non posse suis Subditis, præter primam Tonfuram, conferre Majores, vel Minores Ordines, nisi requisiti & præbentente Cardinalis Urbis Vicarii consensu.

Venerabili Fratri Nostro, Fr. Joanni Antonio Episcopo Tuscolano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, Nostro in Urbe ejusque districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

AD audientiam Nostram nuper admissa Fratemitas Tua nobis detulit, in hac ipsa Urbe, sub fine anni 1752. impressum Typis fuisse exitum Tractatum de Episcopis Cardinalibus Suburbicariis, auctore Religioso Viro æque pio, ac in Theo-

Qual fosse il motivo di scrivere la presente lettera.

Quarum fuerit Episcopi. In conferenda occa- sione.

ANNO 1753.

Cohortatio ad Apostolicos Vicarios.

Exemplum fidei.

Dat. 26. Januarii 1753.